



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Piorum in calamitatibus consolatio. 72.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

semper accenditur.

Piorum in calamitatibus
consolatio.

72.

*Ira progenies iram non sentit acerbam:
Ridet at in grauiibus perfida turba malis.
In lachrimis contrà sunt semper corda piorum:
Crescereque ut virtus, sic dolor ipse solet.
At quid ait mœsta Christi vox blanda columba.
Quæ cupit, amisso coniuge morte, necem?
Chara cohors animo ne concide summa voluptas
Excipiet luctus tempus in omne tuos.*

SCHOLIA.

Ira progenies) Soli filij Iræ, inquit *Epi. 256.*
Bernardus in Epistolis, iram non
sentiunt, nec tristantur tristibus,
sed latentur & exultant in re-
bus pessimis. Contrà plena est
Scriptura piorum suspiriis &
gemitibus, qui dum se in hac
vita peregrinos & exules sen-
tiunt in perpetuis lachrimis ver-
santur, nihilque magis in votis
habent, quàm hinc excedere,

p iij

S A C R A

ac Christo sponso suo frui.

*Ser. 59.**in Cant.*

At quid ait mæsta) Bernardus
illud Canticorum exponens. Vox
turturis audita est in terra no-
stra, Turturis vox, inquit, non
dulce admodum sonat, sed signat
dulcia. Et vox quidem gementis
quàm canenti similior, peregrina-
tionis nostrę nos admonet. Et
paulo post: Vbi regni cęlorum
promissio facta est, tunc intel-
lexerunt homines se nō habere hic
ciuitatē manētē, sed futurā inque-
rere tota auuiditate cęperunt: &
tūc primū manifestē sonuit in
terra vox turturis. nam dū sancta
quęque anima iam Christi præ-
sentiam suspiraret, regni dilatio-
nem molestē ferret, desideratam
patriam gemitibus & suspiriis
longē salutaret, nōne tibi videret
vice fungi gemebundæ ac casti-
sime turturis, quęcunque anima

in terris ita fecisset? Ac rursū ali-
quanto inferius: Videas, inquit,
eam vbique singularem, vbique
gementem audias, nec vnquā in
viridi ramo confidentem prospici-
es: vt tu ab ea discas voluptatū
virentia velut virulēta vitare.

In rebus caducis consolationem
minimè quærendam esse.

7 3.

*T*edia quem mundi teneant, reperire quietem

Si velit, in solo numine quarat eam.

Vera quies cælo fixa est, ac fallitur, illi

Sedibus in nostris qui putat esse locum.

Qui mundi curas mundi medicamine curat,

Hunc album ethiopem reddere velle reor.

Namque novas sordes trahit hic, qui tedia mentis

Vt pellat, mundi gaudia vana cupit.

SCHOLIUM.

Tedia quem mundi) Ambrosius in- Lib. 3. de

ter multa optima præcepta, quæ Virg.

dat virginibus, hoc etiam illis

porrigit, nempe vt antequam

se somno dent, terrenas om-